

















1672.

1. Clodius, Johannes : Jus clarigandi.
2. Clodius, Balthasar : Ritum exalceandi in con-  
tractibus olim usitatum ex Antiquitatibus Stra-  
vrum . . . publicae lucis sisteb.
3. Hoeltich, Franc. Henr. : Aborigines feud. [feudorum!]
4. Hoeltich, Franc. Henr. : De jure ambucae.
5. Hoeltich, Franc. Henr. : De administranda tutela.
6. Hoeltich, Franc. Henr. : Episcopus panarius.
7. Hoeltich, Franc. Henr. : Jura legitimatum.
8. Hoeltich, Franc. Henr. : De jure recriminationum.
9. Hoeltich, Franc. Henr. : Faemina non est homo.
10. Lederer, Michael Fridonia : De monopolis
11. Leyser, W. Ch. : Jura aedificiorum et aedificandi.
12. Neger, Joachin : De athletis et gladiatoribus peni-  
tus tollendis. 2 Exmpl.
13. Neger, Joachin : De consuetudine, ejusque jure.
14. Neger, Joachin : De contracta deponiti, ejusque  
jure.



15. Nerger, Joachim: De majestatis dominio  
supereminenti in bonis civium.
16. Nerger, Joachim: De venatione principum.
17. Ritter, Christophorus: De jure singulari pauperum  
libro. 2 Exempl.
18. Stolbergius, Balthasar: De distinctione, cum  
primis Novi Testamenti Graeci in Cepita  
et nervos o. Commenta et cola.
19. Straussius, Gosafredus: Exercitatio II ad V. et VI. Libr.  
Dig. selectiores quaedam Leges.
20. Vogel, Hermannus: De Furbiniano Imperatore
21. Ziegler, Karper: De Jure Colledandi, a quibus,  
quibusve personis et rebus impm collectae  
debeant.
- 1673.
- 1<sup>a</sup> Frutzelius, Simon Fridericus: Cadavera humana  
ad praesentiam occisoris, cruentata.
- 1<sup>b</sup> Frutzelius, Simon Fridericus: De cadaveribus



- humanis ad praesentiam occisoris cruciatibus
2. Hoeltich, Franciscus Henr.: De his quorum ratio reddi non potest.
  3. Hoeltich, Franciscus Henr.: De legato rei alienae.
  4. Hoeltich, Franciscus Henr.: Conclusiones Subteriacae ad L. Anastasianam.
  5. Lederer, Michael Fridericus: De apostolis.
  6. Leiser, W. Chelun: De expectativa in casum mortis concessa.
  7. Martini, Werner Theodor: De restitutione alieni iniuste ablati.
  8. Merger, Friedrich: De testimoniis.
  9. Rotkensen, Christianus: De jure aggregandi.
  10. Scharfius, Jo. Frid.: De donationum jura.
  11. Schurzflisch, Konr. Samuel: Origines Pomeronicae.  
... adnervant ...
  12. Straussius, Godofredus: De obligatione mere civili.
  13. Straussius, Godofredus: De suffragio seu intercessionem Sulici apud principem.



14. Liegler, Korpus : De praena committit  
15. Liegler, Korpus : De jure rectigali um.



19 G. 12. v. 11.

Q. D. B. V.

A. 9.

DISSERTATIO THEORETICO-PRACTICA,

De

18

# CONSVETUDI- NE, EJUSQVE JURE.

QVAM, CONSENSU  
MAGNIFICI JCTORUM SENATUS,

SUB PRÆSIDIO  
VIRI

NOBILISSIMI, EXCELLENTISSIMI, AMPLISSIMI, CON-  
SULTISSIMI QVÆ

DN. JOACHIMI NERGERI,

J. U. D. ET PROF. PANDECTAR. PUBL. CURIÆ

ELECT. SCABINATUS ET FACULT. JURIDICÆ, QVÆ

HIC LOCI SUNT, NEC NON JUDICII DUCALIS, QVOD IN

INFERIORIS LUSATIÆ MARCHIONATU EST,

ASSESSORIS GRAVISSIMI,

h. t. PRO-DECANI.

DN. PRÆCEPTORIS, PATRONI, ET STUDIO-

RUM PROMOTORIS, OMNI OBSERVANTIA ET OBSEQVII

CULTU ÆTATEM PROSEQVENDI,

PUBLICÆ ERUDITORUM VENTILATIONI submittit

AUTOR

GOTTOFREDUS LEONHARDUS *Prof.*

forb / SERENISS. ELECT. SAX. ALUMNUS.

IN AUDITORIO JCTORUM

horis antemerid. ad diem 8. Maji

ANNO M. DC. LXXII.

KÖNIGLICHES  
UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
ZVHALLE

WITTEBERGÆ,

Literis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.

1631





ILLUSTRISSIMO DOMINO  
DN. CAROLO

LIB. BARONI à KZESEN/  
In Rorhan / Rotta / Besch-  
witz / &c. Dynastæ &c.

SERENISSIMI AC POTENTIS-  
SIMI SAXONIÆ ELECTORIS IN  
SANCTIORI CONSILIO SENATO-  
RI COMITIQUE EMI-  
NENTISSIMO.

DOMINO SUO GRATIOSISSIMO,  
*Evergetæ Optimo, Maximo*

Hoc quicquid est speciminis Acade-  
mici, in sui ac suorum studiorum  
commendationem

*humillima mente  
offert*

AUTOR & RESPONDENS  
GOTTFREDUS LEONHARDUS Brodtkorb.





## JESU

*Juva me servum tuum!*



Vanquam tota tota Reip. forma ex solo nutu atque arbitrio summæ Majestatis pendeat; propter infinitam tamen negotiorum hinc inde cum luce quasi renascentium molem, tot tantisque illa sufficere haudquaquam, utut velit, potest: & quomodo, quæso, sufficeret, cum nec facta omnia, vel proba, vel improba spectes, cognita statim habeat atque perspecta, ut Lege illa suâ præmiis ornare; hæc pœnis verò condignisque suppliciorum generibus punire queat. Fœcundissima siquidem illa mater, Natura, novas quotidiè deproperat edere formas, ceu elegantiss. hac de re *2. Feudor. 24. §. 2. l. 2. §. 8. C. de V. J. E.* extant verba. Hinc necessum omninò est, ut, qui τὸ Κύριον in aliqua benè instituta Reipubl. habet, vel per se *argum. l. 2. §. 1. ff. de O. J.* id quod vel unico saltim Jethronis, soceri Moysis, judicio, sanè est perdifficillimum: vel per *LL.*, quibus nec hîc omnia comprehendere licet: vel per Magistratus vel *JCos. l. 12. ff. de LL. l. 2. C. de Offic. ejus qui vic. alic. l. 1. C. mandat.* vel denique per illum ex pluribus tacito Majestatis consensu approbatis actibus convenientem Reipubl. usum, quem *Consuetudinem* vulgò vocamus, quippe quæ judicaturis sæpè ea suggerit, quæ Legibus expressè cauta non sunt, Rempubl. regat, De qua potissimum, quæ præ cæteris semper mihi arrisit, materia, *ductu §. 9. Instit. d. J. N. G. & C. l. 32. ff. de LL. & l. 2. C. quæ*



*sic long. Consv.* dum ulterius pro facultate ingenioli verba facere progredior, Tu, ô Clementissimum, quod omnia moderaris, Numen, adspira cœptis hisce meis, ut principium ac finem Te, Ductore atq; Doctore, faciam letissimum!

### Articulus I.

**N**tequam autem rem ipsam aggrediar, pauca ad meliorem præsentis nobilissimæ materiæ cognitionem facientia præfanda esse duxi, quò fundamentum scil. obligationis ex hoc potissimum jure resultans eò magis pateat. Omne autem jus à sacratissimo Imperatore Justiniano in *N. G. & C. dividitur*, uti ex *S. ult. Inst. de J. & J.* satis patet. Videtur autem, ceu omnia optima jura, ex latissimo Jur. Natural. quasi fonte ipsa Consuetudo promanasse. Hinc non immeritò ad primam illam statim Juris classem, ob simplicissima illa æqvitatē, quibus præ cæteris gaudet, principia, referimus, generalem scil. aliquam, ex ipso rectæ rationis dictamine profluentem nobis formantes Regulam: *Unumquemque in Republ. civem se suasq; ita instituere debere actiones, ut reliquorum concivium planè sint conformes, æqvum est.* Sed ut Regula ista in concreto seu in exemplo posita adhuc clarior evadat, sequentem fingemus Casum: Decem sc. & forsitan adhuc plures alicujus urbis cives reperiri, qui præter consuetudinem illam à multis jam olim annis receptam, & plurimorum hætenus consensu adprobatam aliquid planè novi inducere allaborant, tunc major illa pars reliqua Civium pristinum suum jus defendendo contra istos novatores procul dubio omni jure obtinebit, quia æqvum omninò est, ut pars ista civium exigua ad totum potius, quàm totum ad partem se referat. Hætenus igitur non tam coactivum jus, quàm svasorium, & quod sibi relictum tale semper maneret, nisi summæ Potestatis *δύναμις ἀνάγκης*, vel expresso (per Confirmationem scil.) vel tacito (per patientiam) consensu superveniret, indeq; tantam, quantam LL. aliæ publ. habent.



habent vim, adderet, quò demum fit, ut per hanc ad probationem ad statum Juris positivi meritò & Consuetudo referenda sit. Ita memorie suo, h. e. adcuratè & fideliter (ne, monente pessimi Principis optimo magistro Senecà reticendo per quem profecerim, ingratus quodammodò videar) in privato ad Instit. discursu edocuit *Venerandus ille Præceptor, Magnif. Lyserus.*

## Articulus II.

§. I.

**V**aleant igitur Principum isti adultores perniciosissimi, qui specioso equidem, sed infirmo argumentorum præsidio freti, receptos alicujus civitatis mores abrogare ita conantur: *Consuetudinem omnem, inquit, evertere Principis Legem, hinc eam, qui inducunt, consultò ac datà quasi operâ subruere Principis placita velle, præposterè sanè colligunt, quò tamen ipso mirum in modum peccaretur contra Principem, & quod caput est, unà laderetur conscientia gravissimè. Naturam enim, porrò clamant, pectoribus humanis quasi inesse Patriæ ac Parenti esse parendum. l. 2. ff. de J. & J.* Cum autem subditi Superiori suo omnem omninò debitam reverentiam, obedientiam ac inde necessariò fluentem subjectionem debeant. Quò igitur fieri posse concludunt, ut dum hæc singula summo Magistratui temerario quodam ausu subducunt, quin non aliquam, & quidem maximam *hujus* (quæ sanctissima tamen ipsis ac planè inviolabilis esse deberet) Legem ita immutantes, *Majestatis particulam*, Legislatoriã puto, eadem nefandâ prorsùs ad se pertrahant perfidiã? A quibus ego quoniã ita dissentio, ut ex omnibus potiùs Juris partibus Consuetudinem hanc potissimã & utilissimam & omni Reip. corpori maximè convenientem esse, non absere crederem. Constitui itaque optimam hanc Juris materiam pro modulo ingenioli, quantum quidem in me erit positum, à contemptu atq; intolerabili adversariorum insolentia vindicare. Et quidem nî omnium, saniorum ad minimùm Politicorum consensu præsupposito: *Nullas in omni Reipubl. ordine firmiores LL. dari posse, quàm quæ ipsius populi exactè congruunt indoli.* Æquum proinde adhuc hodiè esset, ut omnes Principes permitterent bonas Consuetudines introducere, quia omnium Legum ratio debet ad tranquillitatem præsentis Statûs tendere: *Nullas autem LL. citiùs id effecturas, nisi quas ipse sibi populus*

A 3

nati-



nativo quasi genio motus per Consuetudinem tacite sibi servandas posuit. *Rationem reddit ipse Aristoteles Libr. 4. Ethic. Cap. 1. Leges, in-  
quiens, ad Rempublicam esse adcommoandas; non vero Rempublicam  
ad Leges.*

§. 2. Nunc eorum quoque, qui optimam hanc Jurisprudentiae particulam ex spatiosissimis Juris campis proscribere satagunt, argumentis satisfaciam. Primum autem agam cum iis, qui crimen laesae quasi Majestatis inductione bonarum Consuetudinum committi putant, quorum coarguendus in eo imprimis erit error, dum latas jam à summâ Majestate LL. irritas futuras frustra extimescant. Quibus ita responsum volo: Si Princeps aliquis, seu qui summum in Republ. habet Imperium, conniveat atque permittat, *l. 7. ff. de LL.* ut inducatur tale jus, quod ipse forsan non sanxit atque promulgavit, in nullo sane peccabunt ii, qui ejusmodi jus morum à Principe tacite adprobatum servando sequuntur. Accedit & illud, quod ejusmodi civibus nunquam in mentem forsan venerit hoc ipso reluctari velle Legibus à Reipublicae Superiori latis; Si quidem jus illud consuetudinarium seu non scriptum, uti vocamus, tacito quasi, & vix ab ipso populo advertente, Principis consensu, merâ illius simplicitate absque omni penitus dolo inducitur *d. §. 9. Institt.* Et quod primò statim à me loco ponendum fuisset, si Consuetudo, ceu illi inaniter contendunt, tam exosa Rempublicam Tenenti foret, quae, dic mihi, ratio summum illum ac sacratissimum nostrum Legislatorem Justinianum commovisset, ut tanto verborum ambitu inter reliquas Juris Romani species recensita, definita, ac tantâ huc usque Interpretum sedulâ haecenus curâ semper explicata sit, & ut paucis multa dicam, tantam vim tantumque planè robur addiderit ei Imperator, ut ipsam adeò Legem vincere haut raro potens sit, *argm. l. 2. C. quae sit long. Consuet.* Sed ulterius Consuetudinis exosores instant, *magis in facto, quam in jure eandem consistere, adferentes. l. 32. ff. de LL.* Facti autem interpretationem plerumque etiam prudentissimos fallere, *argm. l. 2. ff. de Juris & facti ignor.* Hinc nec facta subditorum summâ Majestati planè quid praedjudicare posse ac debere, nisi pro subditis injustissimi forsan ejusdem Juris Majestatis invasores atque rebelles videri vellent. Sed R. id quidem ratione objecti seu introductionis verum esse, dum scil. unus alterve actus per diuturnum forsan aliquod tempus celebratur, qui tamen solidam

cò



eo ipso ex tacita summi Magistratus patientia adquiret postmodum perfectionem. Possem h. l. evagari latius & sylvam, ut ita loquar, cadaverosarum Objectionum adhuc in medium adferre, nisi gratisimæ brevitatis studio easdem recitasse, eo ipso refutasse judicarem.

§. 3. Antequam verò ab hoc Disputationis articulo discedam, *Amore in Patria Civitatem vetustissimam, Grimam*, ductus, pauca ad primum adhuc Adversariorum argumentum facientia addam. In Eâ v. à 100. & retrò abhinc annis omnium memoriam exuperans talis huc usque semper viguit Consuetudo. *Si alteruter sc. Conjugum morte præ altero decederet, superstes tunc, ex solutis prius debitis, ex semisse heres* (quem Jcti proprio ac genuino olim vocabulo *in l. 116. ff. de Legat. 1.* ideò semissarium vocârunt, quia ex media hæreditatis parte institutus videtur) *fieri assolet, alter semis cedit ipsius defuncti defunctæve liberis; ita tamen ut sequiori semper sexui, ex speciali Juris hodiè privilegio, electio vel dimidia hæreditatis, vel illatarum, si forsan onerosa, facultatum habendarum concedatur.* Quæ dicta jam patria Consuetudo justa injustavè sit? dubitari vel inde poterat, ob casum, quem animi saltem gratia fingam præsentem. Ponam itaque maritum vel nihil vel parum intulisse, & maritam ex altera parte satis locupletem dotem dedisse. Hæc moritur, fit hæres maritus, qui itidem mox decedit. Accedunt utriusque hæredes, mariti imprimis, uxoris facultatum dimidiam, hæreditario jure, quæ ex hoc Consuetudinis Capite, ad defunctum, qui nihil prorsus intulerat, pertinebat, jure repræsentationis latâ quâdam significatione ita dictæ, urgentes. Quod si egenis igitur maritæ forsan hæredibus tanta bonorum pars tali hætenus Consuetudine auferatur, & ad divites fortè mariti pauperis aliàs hæredes ita transferatur, quorum nomine hi succedunt, injustè hanc totam dimidiam maximo cum uxoris hæredum detrimento ad se rapiunt, quod sanè non videbatur modicum esse peccatum, cum alterius damno & jactura locupletari. Dolo enim malo facere præsumitur, qui ex aliena jactura lucrum quærit. Qui autem dolum malum facit, peccatum committit. Sequeretur E. ex hætenus dictis, quod talis Consuetudo nutritiva peccati, etiamsi immemorialis sit, & cujus memoria non extet in contrarium, non valeat, nec quis eâ se rueri possit: Quia quantò magis mala consuetudo prætenditur, tantò magis est detestanda, cum diuturnitas non minuat, sed augeat potius peccat



peccatum. Sed bene se habet, Patres Patriæ, Civitatis vestræ hæc Con-  
suetudo, nec Senes de ponte, quod ajunt, præcipitare, aut cornicum  
oculos his ipsis objectiunculis ingenii exercendi tantummodò gra-  
tia à me motis effodere intendo. Ingratus enim quodammodò *in eos*,  
quorum post *Sereniss. Electorem, Nutritium indies meum Clementiss.*  
*paternis fermè subsidiis hætenus destitutus*, studia mea qualicunqve  
vestro singulari favore alere mihi contigit, si talia in dubium vocare  
temerè nunc ausim. Quare in specie, uti loquuntur Juri, quamvis ad  
suprà jam dicta & præsens Casus commodè referri possit, respondeo,  
*Quod hæc ipsa Consuetudo non sit nutritiva peccati*, cum justa ac ipsa  
potius æquitatis ratione ita sit roborata, ut inter superstitè conjugè sc.  
& hæredes æqualitas hæc ratione servetur, quippe quod idem ex parte  
etiam uxoris contingere potest, ut illa, quæ forsan itidem nihil ad ma-  
ritum attulerat, æquè dimidiam bonorum partem percipiat. Quod a-  
non sit nutritiva peccati, inde probo, quod Illi, Qui in Rebus publicis  
Imperium obtinent, Statuta hujuscemodi Legislatorio suo robore mu-  
niverint. e.g. *Sereniss. Saxonum Electores* jura Statutaria suorum Civium  
circa dona nuptialia exertè confirmârunt. *Constit. Elector. 32. P. 3. vers.*  
**So fern nach Statut oder Gewohnheit:** & noviter *Sereniss.*  
*Electo Saxoniæ* circa resignationem judicalem domini in re em-  
pta vendita *in nova Decisione 71.* in fine vim itidem Statutis imperti-  
tam voluit: accedit, quod Statutum alicujus loci circa mariti suc-  
cessionem vim juris adimat omnem *d. Constitution. Electoral. 22.*  
*P. 3. in fin. vers. Denselbigen wird zuörderst billig nachgesetzt.*  
*vid. D. Carpzov. Jurispr. R. S. P. 3. C. 23. Def. 2.* Ut ut & jure Justinianeo  
*Paët. l. 34. C. de Transactionibus*; moribus tamen & Statutis Germa-  
niæ pacta conjugum success. valent & Camerali Autoritate adpro-  
bantur. *Gail. libr. 2. Observ. 117. n. 6.* Cumq; Conjugum successio aliàs  
punctum sit Legis positivæ, utiqve aliud Statuto ca. veri poterit, quod  
ex usu Civitatis fore existimaverint illi, qui Jurisdictioni præsumt. Sic  
*Lips. teste Andr. Goldbeccio anno 1561. mens. August. pronunc. ubi Ex-*  
*cept. sentent. ita se habet:* **Es wäre denn eine solche Willkühr**  
**oder Dorffs-Gewohnheit bey Euch beständig eingefüh-**  
**ret/ und über Rechts verwehrte Zeit unzerbrüchlich gehal-**  
**ten**



ten &c. An die Gemeine zu Weistorff. Statuta enim localia  
prævalent juri communi Saxonico etiam in Geradâ, Sent.  
post Weichbild *sub Tit.* Gerade muß man auch in die  
Nonnen-Kloster ic.

### Artic. III.

§. 1. Pleno nunc quasi materiæ alveo ad reliqua Disputa-  
tionis momenta, in specie verò ad ipsam utilissimam pariter ac ne-  
cessariam vocabulorum derivationem, quam usum vocum seu Ety-  
mologiam aliàs vocant, me convertam, quippe quæ magnam omninò  
vim in docendo ac disputando, monete illo & gente & mète Illustr. Sca-  
ligerò, adferre solet. Ex vocibus enim provehimur in cognitionem  
ipsarum rerum. Descendit autem *Consuetudo*, ut pressius ad nego-  
tium accedam, à veteribus usitato, hodie fermè antiquato Verbo  
Neutro *svesco*, & præposit. *Con*, quasi illa cum jure scripto conjun-  
gatur, propter parilem cum illo, quam habet, auctoritatem.

§. 2. Originatione sive notatione, uti à Cicerone vocatur,  
jam cognitâ, ad varias ejusdem, quas admittit significationes,  
quoque deveniam. Hoc autem jus, in conceptu quodam ge-  
nerico, de quo impræsentiarum mihi sermo est, omnibus statim  
mortalibus ingenitum est, cujus tamen vestigia ac propensiones  
in ipsis quodammodò brutis animantibus *Natura naturans* expres-  
sit *DEUS*. quo etiam sensu in *Institut. de R. D. sumitur*. Efflo-  
rescit enim jus naturale, ex inclinationibus naturalibus & fa-  
cultate animæ, quâ concupiscimus atque adficimur, quæ est hominì  
cum reliquis animantibus communis, uti *Clariss. Thabor in Elem. Jur. ad  
dict. Tit. Inst. p. m. ii. cum Christ. Matth. in System. Logic. Cap. 5. l. 1.  
adcuratè philosophatur*. Quæ sine dubio ratio Veteres Jctos mo-  
vit, ut *Jus Naturale*, quamvis rarissimè, ipsis quoque brutis attribue-  
rint, uti adparet *ex princ. Instit. de J. N. G. & C. & Novell. 12. Cap. 1.*  
Quæ quidem Definitio non ita est essentialis, ut ex causis planè in-  
ternis sit petita; admittit enim causam quoque externâ sc. efficien-  
tem & effecta, d. *Inst. pr.* Ut ut hîc M. Friederici Hornii in suo notis-  
simo Tractatu, quem scripsit de subjecto Juris N. ilia, quod ajunt,  
rumpi velint, qui omni quasi armaturâ suâ frustra se opponit Ma-  
jestati privatus. Deinde frequentiss. à Cic. usurpatur pro *familiaritate*

B

tate





*tate seu. Conversatione. Sic Terent. in Andr. Act. 1. sc. 1. versic. 83. hic parva consuetudinis. i. e. exigui nec diuturni usus sive familiaritatis causa. &c. Sic in jure nostro loco consuetudinis turpis. Concubinatus venit. l. 24. ff. de Rit. Nupt. l. 34. de Adulter. ut & apud Historicos Liv. libr. XXXIX. Cap. IX. Svet. in Vita Calig. Cap. XXIV. statim ab init.*

§. 3. Homonymiâ in præcedenti §. jam peractâ, superest, ut synonymiam h. l. quoque ostendam. In præsentî verò *Consuetudo significat certam illam agendi rationem, quam ex actibus frequentatis observato modo ac tenore ortam alii Concives ejusdem Reipubl. servant*, cujus sequentia synonyma sunt: *Jus non scriptum §. 3. & 9 Inst. de J. N. G. & C. non eò quidem sensu, quasi in literas planè redigi non possit, d. quod ad intrinsecam seu debitam ejus sententiam expressus Legislatoris consensus non requiratur d. §. 9. Inst. d. l. 32. ff. de LL. it. vocatur usus longævus. l. 2. C. quæ sit Long. Consv. tacita Civium conventio. l. sed & ea. 35. ff. de LL. itemque audit jus morum. d. l. 32. §. 1. d. t. & adhuc clarius per Capitalem Textum l. 9. ff. de J. & F. Quamvis lubens concedam, quod mores h. l. causa & ansa potius sint, illius de quo loquor, juris effectus, utpote ex quorum demum (morum) diuturnitate utentium consensu probata atque roborata ipsa tandem propullulat Consuetudo. Huic nostræ sententiæ cornua nimium obvertit subtilis aliàs ac perpetuus Treutleri Aristarchus, Reinhardus Bachovius, qui in eam usque prolabitur opinionem, quasi *Consuetudo magis sit morum causa: eoque mores longè constantius & firmitus quid in usu juris significare viderentur.* Ut ut clara aliàs per se in præsentî d. §. 9. Instit. de J. N. G. & C. taceam verba ipsi prorsus contraria; Placet tamen h. l. Disputationis meæ principia paulò altiùs repetere, & ex ipsis Philosophorum libris sententiæ meæ solidiora fundamenta desumere, & unico quidem notissimo aliàs axiomatico contentus. Quod per naturam sc. impossibile & absurdum planè sit, *effectum priorem suâ causa esse.* Propter quod enim tale quid est, illud magis & prius est tale. Hinc rectè subsumentur, aut propter mores diuturnos tacito principis consensu roboratos Consuetudo est. E. prior ipsis moribus erit, rectè concluditur.*

*Artic.*



#### Artic. IV.

Quantquam secundum Boetium not. gloss. ad l. 202. ff. de R. J. Omnis definitio debeat esse oratio substantiam seu essentiam cujusque rei significans; tamen in jure imprimis Civili periculosa admodum definitio Logica. Ratio redditur in d. l. 202. d. t. quia parum sit, ut non subverti possit. Ex mente hinc magnif. Dn. Georgii Adami Struvii Exerc. II. in Synragm. th. 28. definitio nostra, quod sit jus subditorum usu introductum, tacitoque summae Potestatis consensu adprobatum. §. 9. de J. N. G. & C. l. de quibus. 32. §. 1. h. t. l. sed & ea. 35. ff. eod. Cujus definitionis verba paulò fusius explicabo. Genus scil. h. l. est Jus, cum Imperator §. 3. Inst. de J. N. G. & C. dividat Romanum Jus, quod aliud sit scriptum, aliud non scriptum. Causa ministerialis sunt ipsi subditi & quidem usu hanc Consuetudinem inducentes. Sed ne aliquis mihi objiciat, auream illam Majestatis particulam, (Legislatoriam istam vim volo) non cadere in subditos, utpote quibus obsequium factum relicta gloria est. Hinc Magnif. Dn. Struv. mox addit, Majestatis consensum tacitum. Non enim consuetudo ideò vim legis nanciscitur, quod privatis quibusdam placuit, hoc vel illo modo contra Legem scriptam agere, sed quia ex multiplicatis hinc inde actibus indubitata demum & scientia & patientia Principis colligitur, proinde interpretativus sufficit consensus, quia tolerat id & non impedit, quò tandem ipso fit, ut consensus eliciatur non modò permissivus, sed & operativus & adprobativus vid. Wesembec. ad Tit. ff. de LL. n. 9. ibiq. Habn. ad verba: non contradicat. Treutler. Vol. 1. Disp. 1. thes. 9. lit. D. Dn. Augustin. Strauch. in Disp. quadam de Jurisprudencia ejusque sine. §. 40.

#### Articul. V.

Hæc ipsa verò Definitio, uti compluribus in jure nostro fieri solet, cum insufficientiæ partium vel ideò accusari posset, quippe quod nullum certum, (quod bonæ alias Definitionis proprium est) ac determinatum Objectum, seu materiam, ut Philosophi loquuntur, circa quam, habeat: Hinc meritissimo quodam jure de rebus Consuetudinis propriis præsens occupatus erit Articulus, ostensus in censum earum demum rerum Consuetudinem aliquam conficientium imprimis hoc loco venire res, quæ sunt honestæ, licitæ

B 2

&



& possibiles. Cum circa has ipsas Lex quoque & quidem bona, uni-  
cè sollicita sit. *Jus* enim, definiente ex Celso Ulpiano, optimo  
& Jcto & Philosopho, est *Ars Æqui & Boni* l. 1. §. 1. ff. de J. & J. & im-  
possibilium nulla est obligatio, l. 185. ff. de R. J. l. 135. & 182. ff. eod.  
l. 35. ff. de V. O. l. 83. ff. eod. l. 31. ff. de R. l. Ratio cum Epicteto potest  
dari illa, quia impossibilia extra hominem sunt, Paria autem sunt  
impossibile & turpe. Hinc facta illa, quæ lædunt pietatem, existima-  
tionem, verecundiam nostram, aut contra bonos mores fiunt, nec  
facere nos posse credendum est. l. 15. ff. de Condit. instit. vid. ibidem  
elegantiss. nott. Gottofredi.

### Articul. VI.

§. 1. Objecto Consuetudinis hactenus demonstrato, opero-  
sam illam, quæ videre est, apud *Henric. Zoef. ad d. l. 32. n. 68.* divisio-  
nem h. l. omitto, & ad ejusdem potius requisita rectâ tendam  
nunc viâ, ubi Consensum utentium tacitum tanquam formam seu  
essentiam principe statim loco non immeritò pono *dict. §. 9. Inst.*  
*vers. quod usus ad probavit d. l. 32. pr. verb. utitur. & §. 1. d. l. verb. &*  
*tacito consensu & d. leg. 2. C. quæ sit Long. Consu.* verbo ususve, ut  
scil. contradistingatur *expresso*, ad denotandam differentiam statuti,  
quod sibi aliqua Civitas tali modò constituit. Cæterum quoad effe-  
ctum, teste *Schneidew. ad hunc §. ex non scripto. n. 3.* idem operatur  
tacitus Populi Consensus, quod expressus. Par enim, ulterius ait,  
est virtus taciti, quæ est expressi. Quid enim interest. *argum. d. l. 32.*  
*suffragiò populus voluntatem suam, an rebus ipsis & factis decla-*  
*ret? & idem notatur. l. cum quid. 3. ff. De rebus Cred. si cert. pet.*

§. 2. Tacitus verò consensus dicitur ideò, quia deficit ex-  
pressa Legislatoris sanctio, quæ si accedat, non vires quidem suas,  
sed nomen amittit, & formam Legis publicæ seu expressæ tunc in-  
duit cōsuetudo. In omni autē, cujuscunq; tandē generis sit Republ.  
h. e. Majestati sive habeat unus, quam Reipubl. formam Monarchiam  
Politicorum filii vocant, sive per Optimates regatur, quam iidem  
Speciali suo quo gaudet vocabulo, Aristocratiam adpellant, seu  
quando summa Imperii apud omnes in Republica residet, qui Ordo  
Reipubl. Democratia iisdem audit, sive Mixtum denique, ut ipsi  
loquuntur, Formam respicias, ubiq; Consuetudini locum facio. Ubi-  
cun-



tuncque enim Majestas tacito suo consensu mores cujusdam Civitatis adprobat, firma ibidem valet ejusdem Civitatis Consuetudo, uti supra à me plurimis argumentis fusè deductum fuit. vid. *Adam. Struv. in Synt. J.C. Exerc. 2. tb. 19.* Hic gravis inter Dd. agitur quæstio, ut de Consuetudine Civitatis vel Provinciæ tuto confidere quis possit, an actus illi debeant esse judiciales seu in foro contradictorio obtenti; an verò extrajudiciales sufficiant? ὁσπερ ὁσπερ facturus, eorum primò cum *Schneidw. ad d. Tit. de J. N. G. & C.* adducam sententiam, existimantium extrajudiciales actus, modò sint notorii, ad firmandam Consuetudinem sufficere. Rationem ponentes in eo, quia ex natura hujus Juris præter actuum frequentiam non requirantur judiciarii, sed populi consensum ex actibus etiam extrajudicialibus æquè colligi posse, quam opinionem utrobique dicit illam esse communem, quam teste *Gail. Observ. 31. lib. 1.* etiam Cameram sæpè secutam. Huc Legistarum & Canonistarum aliàs sententiæ graviter obstant ex altera parte alii, imprimis Practici, qui expressa scil. *l. 34. verba: An etiam contradicto aliquando iudicio, urgent.* aliumque insuper Textum ex *Jur. Can. Cap. Abbat. 25. de V. S.* adducunt, quia ex priorum mente hoc inde aliàs inevitabile fluere absurdum, quod per quoslibet actus extrajudiciales; (qui transactioni tamen seu compositioni potius, quàm juri similiores,) quilibet & duo saltem privati tale jus, h. e. Consuetudinem constituere sibi possent, quod hactenus non admittendum, vid. plur. citat. *Schneidw. ad dict. supra Tit. Henric. Zoës. n. 75. & 76.* Sed à *Schneidw.* non recedo.

§. 3. Alterum requisitum est, ut Consuetudo sit *rationabilis*, quia, ut supra dixi, est Jus, per *Text. in §. 1. jus a. Civ. Inst. de J. N. G. & C.* Jus autem mancum aut planè inutile, nisi per rationem tanquam formam suam animetur & quasi informetur. Ac licet quidem non omnium, quæ à majoribus instituta sunt, ratio semper reddi possit, *l. 20. ff. de LL. & lex sancta esse debeat, l. quod non. 39. ff. de LL. & text. in Cap. fin. §. fin. de Consuetud.*; hoc tamen verum est quoad subditos, quippe quibus de Justitia Legis disputare non est integrum, non verò ipsum Legislatorem, utpote qui semper in ferendis Legibus utriusque juris verum finem, Divini sc. felicitatem animæ, & Civilis, h. e. bonum publicum ob oculos habeat. vid. *Gail. libr. 2. Practicar. Observ. Obs. 31. n. 10.* Observes autem velim, quod per rationabile seu Con-



svetudinem potius rationabilem intelligo eam, quæ juris nomine venire ac se tueri possit, alioquin multæ cyclopicae Gentes barbaris prorsus moribus & institutis usæ, quæ mores errores & abusus rectius quàm Consuetudines dicendi. Sic talis veterum Gallorum erat, qui victoriam ab hostibus consecuti erant (horresco referens) Diis captivos, depositam omni humanitate immolabant, & resecta hostium capita spectaculi gratia pro portis oppidorum adfigebant. *Cæsar de Bell. Gall. l. 6. Strabo. Diodor. Merula Cosm. p. 2. l. 3. Cap. 13.* Quæ sanè pessima Consuetudo, non dicam irrationabilis tantum, sed & Legi Naturæ, quæ quondam inter homines cognationem esse voluit, prorsus contraria.

§. 4. Deinde ex *Φιλοσοφία τῶ* illo ad Treutlerum Bachovio adhuc notandum, quod rationabile aliquid sit vel ex se & intrinsicè, Philosophi ratione Objecti vocant: vel opinione tantum hominum, seu nostri, quod iidem per rationem subjecti exprimunt. Prius non potest fieri irrationabile, benè autem posterius, ubi miserè nos mortales essentiis rerum plurimarum nondum per intellectus tenebras perspectis, nubem, quod ajunt, pro Junone h. e. verum pro falso haut rarè arripimus. Denique rationabile aliquid etiam respectu certi ac determinati alicujus Reipublicæ Statûs dicitur, ubi, quod huic vel illi Reipublicæ incongruum ac forsitan contrarium est, non statim pro irrationabili in altera habendum, quippe quod sæpè alia longè hujus quàm illius Reipublicæ facies, hinc propter aliam atque aliam Formarum conditionem cujuslibet Legislatoris suus certæ Reipublicæ Figuræ præfixus scopus facilè excusandus. *vid. Hahn. ad Wesembec. de LL. n. 9. verba rationalem & citat. modò ad Treutler. Bachov. Vol. 1. th. 9. lit. B.* Proinde meritissimo jure ex fecundissimis *Æqui Boniq;* campis relegamus eam Consuetudinem, quæ & Jus Naturale & Divinum seu bonos denique mores offendit. Pessima hæc fuit, quæ Studiosi ob debitum vel delictum alterius conveniri quondam poterant; quam deinde tamen *ex Constit. Friederici* abrogatam testatur *Authentic. Habita. C. ne fil. pro Patre.* Ejusdem farinae & illa, quæ naufragorum bona, jure, ceu vocant, Territoriali, olim tanquam deperdita contra omnem naturalem æquiritatem auferebantur; quam itidem tamen laudatus antè, nunquam satis laudandus *Friederic. per Constit. in Authentic. Navigia. C. de Furtis*, abrogavit. *Quamquam*



quam hic Repressalia, remedio tanquam Juris ob antea frustra im-  
ploratam ac denegatam tandem justitiam permisso, quo Parti forsari  
lasa satisfacit, non negaverim, multo minus damnaverim. Quo opti-  
mo juris beneficio haut ita pridem ipsi Batavi propter invasionem  
Classis auriferae Smirna redeuntis usi, qui Anglicas huc usque in lo-  
cum satisfactionis ex hoc ipso juris articulo naves detinent. vid. de  
hoc Jure plur. *Adam. Struv. in Syntagm. J. C. Exerc. IX. n. 8.*

§. 5. Sed ut in orbitam redeam, talis execranda in nobilissi-  
ma pariter ac foecundissima olim Polonia ejusdem Regni Nobilium  
referente *Valent. Friederic. Rigens. in libr. de Stat. Polon.* erat, in qua id  
obtinuisse citat. Autor scribit: Ut Nobilis interfecto sive suo, sive  
alterius Nobilis proprio homine, paucis saltem cadaveri impositis  
grossis, modo non incola cujusdam Civitatis fuerit, sic impunè abi-  
ret. Id quod tamen Comitibus, huic imprimis Regno admodum con-  
suetis, ita jam pridem quidem mutatum, ut in occisorem etiam rusti-  
ci poena tum pecuniaria 240. marckarum, tum annui carceris longè  
ante Stephani tempora constituta fuerit, sed non planè abrogatum,  
adeò ut *Theodoric. Zwack Rogula in Memoriali LL. Polonia sub lit. K.*  
& *Jac. Prilus. lib. 1. Cap. 17. in Stat. & LL. Polon.* prior 30. posterior  
verò 10. Marckas poenae loco constitutas referant. Ast ex ejusdem  
nuper hujus Regni & ejus quoque rei satis periti relatione alia lon-  
gè accepi, si fides habenda Nemese hodiè divinae satisfieret, vid. *Rein-  
hard. Bachov. ad Treutl. Vol. 1. Disp. I. tb. IX. lit. B.* Unde porro irratio-  
nabilis illa opificum Consuetudo, **Daß einer seine gemachte  
Arbeit nicht mehr oder weniger verkauffen sol / denn der  
ander. Daß die Leinweber / Barbierer / Schaffer / Müller  
und dergleichen Handwercker / und ihre Kinder zu andern  
Handwercken und Zünfften nicht sollen gelassen werden /**  
publica Imperii Lege declarata per *Ordinat. Polit. Caroli V. de anno  
1548. & Rudolphi II. de anno 1577. rubric. Von Handwercken in gemein.  
& seqv. Von Handwercks Söhnen.* Rejicienda & ea est, quam olim  
quidem ab ipso Imperatore Zenone rejectam in l. Unic. C. de Mono-  
pol. legimus, quâ prohibetur, **Daß / was einer aus der Zünfft  
zu arbeiten angefangen / oder zugeschnitten / der ander nicht  
ausmachen dürffe.** Nec ea valet, quando res furtivæ, non veris  
Domi-



Dominis, ad quos vel sola æqvitat̃s ratione spectabant, sed Fisco adjudicantur, vid. *Authentic. Omnes peregrini. C. Communia de Success. Authentic. Navigia. C. de Furtis Dn. Richter Part. 2. Decis. 96. num. 169. p. 652.* Huic annecto horrendam istam maximeq; damnandam, quã actor suspectum criminis Reum habens, se simul ad torturam, ad evincendum eò magis intentatum semel crimen, offert, adeò quidem, ut post primum suum, ceu vocant, tractum, itidem Reus simili quoque modo traheretur, seu uti vertit *Matth. Coler. in Decis. CLXXXIV.* **Daß einer einen Zug umb den andern leiden solte.** Qui exemplum de Caupone cit. loc. fol. m. 563. refert. Sunt, quibus & hæc displicet Consuetudo: **Daß in etlichen Stiffen allein Edel- Leuthe zu Canoniceu aufgeworffen / und sonst niemand angenommen wird.** Nulla enim, dicunt, subest causa, cur ignobiles excludendi, Nobiles verò soli recipiendi sint, cum & ignobilibus æqvè ac olim Nobilibus aditus adhuc hodiè ad virtutem pateat. Hinc Paulus Matth. Wehner. in *Observat. Pract. ex Johan. Sichardo in Commentar. ad C. de Monopol. observat,* quod talis Consuetudo monopolium quasi sapiat, dum virtutis ac honoris januam præcludere videatur, cujus sententiæ non per omnia suffragor, præsertim si Nobiles æqvè ac ignobiles virtutibus præcellant, & Superiorum confirmatio adsit. Idem Wehner. in *supplemento Practic. in Obser. sub voc. Gewohnheit fol. 31. præter 20. perversarum Consuetudinum exempla, ingentem quorundam Populorum, taxat, qui carnificem, si primo is forsan ictu à nece aberret, saxi telisque petere solent, ubi exemplum ex Historia Lubecæ Urbis, in qua 5. uno die carnifices vulgi temeritate trucidatos refert.*

§. 6. Non tamen quisquam jus Geradæ, seu bonorum utilium, ut vocant, in sola illa Consuetudine Saxonica, cui unice mulieres acceptum referre deberent, fundatum, accensendum existimet Consuetudinibus Saxonum antiquorum irrationabilibus, quas Carolus ille Magnus immutatas quidem, sed non abrogatas reliquisse perhibetur. *Crantz. libr. 2. Saxon. Cap. 21.* Hinc ex veteribus ad Constitution. Div. Augusti Saxon. ad tollendam Geradam non obscure; malè tamen, his ipsis verbis svasisse videntur:

Sut





Gut und richtig wäre es / die Gerade abzuschaffen /  
welche keine ergründete Ursache in Rechten noch in  
der Vernunft hat / darumb man diese Stücke vom  
Erbe solte abtheilen und sondern / und dadurch wird  
viel Gezäncke und Zweifel / so von diesen Stücken täg-  
lich vorfället / und davon das Sächsische Recht nicht  
genugsam disponiret / aufgehoben / apud Autores Con-  
sult. Saxon. Part. 4. Cap. 32. Quæ quidem sententia, si nil h. l.  
disimulandum, quod candoris interesset, sine dubio vi so-  
lius vulgati illius evadet erronea: Tollatur abusus, & maneat  
rei substantia, h. e. corrigatur effrenis illa litigantium, in hac ju-  
ris parte optimâ, nefanda cacoëthes, & usum hujus etiam juris  
habebis integrum, quippe qui tantus est, ut per totam fermè Si-  
lesiam, Bohemiam & Poloniam suas egerit radices, quatenus  
hæ Provinciæ jura Saxonum sequuntur: teste *Andr. Goldbeck.*  
*in Tractat. de Jure Gerad. c. 3. num. 8.* Cujus æquitatis rationem,  
si instituti mei esset, ex antiquo juris Saxonie more, quo fœmi-  
næ totius olim incapaces erant hæreditatis, usque adeò, ut in-  
dotatæ pro iis Sponsi Parentibus sive Tutoribus pretium insu-  
per offerre tenerentur, facile ostenderem. referent. ex Saxon.  
LL. Tit. 6. & 7. *Dn. Petr. Heig. Consiliario olim Elector. & Pro-*  
*fess. Publ. Part. 1. quæstion. 8. numer. 64.* Saniores ac pruden-  
tiores tandem Saxones animadvertentes, iniquum esse, ut  
unius ejusdemque sanguinis liberi, & propter solam quidem  
sexus differentiam, masculi scilicet, tantam præ sexu sequiori  
prærogativam haberent, pro tanto inde fœmillis obveniente  
damno, levaminis instar, Geradæ vel bonorum utensilium lu-  
cro succurrendum postmodum statuerunt, usque dum æqua-  
lem inter utriusque sexus natos successione, quoad hæredi-  
tatem allodiale, introduxerunt Legislatores, exceptâ tamen  
Geradâ. vid. *Spec. Saxon. artic. 17.* De cujus porro utilitate vid.  
fusè *Dn. Petr. Heig. citat. loc.*

§. 7. Emanfor hætenus quodammodò fui; Tertium nunc  
Consuetudinis postulatum, Utentium mores, facio. *d. §. 9. Instit.*  
*d. l. 32. ff. eod. & d. l. 1. & 2. C. quæ sit longa Consuetud. i. e. actuum*  
C legi-



legitimum frequentiam, id quod vel ex ipsa definitione, quâ moribus utentium inducta dicitur, patet. Mores autem non possunt esse, nisi actuum frequentia à summa Potestate tacite adprobata præcesserit, adeò, ut scilicet illud, quod istis hæcenus actibus observatum, in simillimis itidem observandum esse, tacite annuat & jubeat quasi Majestas *d. l. 32. & 35.* Vel denique ejusmodi actus seu exempla, vi statim nominis, intervenire debent, quia Consuetudinis formale quasi consistit in usu communi, qui per se & necessariò quidem, argumento ejusdem descriptionis in *l. i. C. quæ sit long. Consuetud.* actus quosdam supponit. *vid. Henric. Zoëf. ad Tit. ff. de LL. num. 70.* & non interrupta sit Consuetudo. *l. 5. l. 6. ff. de LL.* Hinc rectè describitur in *A. B. Cap. 28. §. 5.* per tempus jugiter observatum, cujus homines non meminerunt, seu, uti in Discursu ad dict. *A. B.* laudatus à me supra Magnif. Lyserus efferebat, per Observatum à tempore, cujus in contrarium non habetur memoria. Quibus positis, encomium demum Consuetudinis, tempus scilicet immemorabile, sua sponte quasi fluit. Ubi quidem insuper monitum, quod tantus aliàs annorum decursus non usque adeò requiratur, interim tamen si adesset, eò magis Consuetudinem commendaret. Cæterum ex *A. B.* adhuc notandum, quod  $\tau\omega$  interrupto rectè opponatur  $\tau\omega$  jure seu jugiter, quod continuum denotat, adinstar scilicet possessionis seu potius præscriptionis, quæ aliàs est continuatio possessionis certo & LL. definito tempore firmata, ad quam omninò requiritur, ne illa possessio sit interrupta, quippe quæ continua seu continuata esse debet. Ad ejus itaque imitationem tale quid etiam in ipsa Consuetudine requiri volunt. *Vid. Zoëf. d. l. n. 78. Struv. in S. J. C. Diss. 2. th. 20. h. t. Georg. Schultz. in Synops. Inst. hoc nostro tit. lit. D. pag. 8.* Præterea de numero, quot præcisè scilicet actibus legitima aliqua Consuetudo absolvatur, magna adhuc est inter Doctores disceptatio? Sunt, qui vel unicum sufficere contendunt, quorum sententia tamen ex Article statim III. tacite refutatur, ubi dictum, quod mores absque actuum frequentia esse non possint, quos sanè unicus actus non ponet. *Reinhardus Bachovius in Comment. ad Treutler. d. l. lit. E.* putat, hoc inter arbitraria Judi-



Judicis referri oportere, quippe quod pro qualitate actuum modò ex paucioribus, modò ex pluribus de consensu Populi statui possit. Si quid igitur, quod tamen arduum, dicendum, communiori hactenus recepta opinione, duos urgerem sufficere posse actus, motus scilicet, quod simpliciter actus in plurali requirantur: Pluralem autem locutionem duorum etiam numero contentam esse, patet ex l. 12. ubi ff. de Testibus in fine. l. 3. C. de Episcopali Audient.

§. 8. Quartum requisitum temporis diuturnitas est, id quod adparet ex d. §. 9. Inst. d. l. 32. d. l. 2. C. Ac licet quidem in l. 33. & l. 35. ff. de LL. ad ea, quæ longa Consuetudine comprobata sunt, annorum cursus requiratur: hinc secundum communem Doctorum Conclusionem, quia longum tempus requiritur, hoc ipso decem annos intelligunt, quippe quod longum tempus in princ. Institution. de Usucap. 10. annorum dicatur. Vid. Schneidw. ad d. §. ex non Script. num. 5. Sed quia nihilominus in genere longum tempus ad inducendam aliquam Consuetudinem exigitur rubric. C. quæ sit long. Consv. quod, ut dixi, citat: Instit. de Usucap. pr. jam est decennium, jam biennium l. 56. ff. Locati. nihil certi in hoc Juris puncto, quemadmodum in Usucapione, habemus. Quæ de re totum hoc in universum, propter nativam suam, quæ præ cæteris hæc imprimis materia eminet, difficultatem, sano ac prudenti potius Judicis arbitrio, & quidem tutius, ob incredibilem istam & infinitam quasi hinc inde variantium circumstantiarum inevitabilem rationem, quàm incerto ac nullibi in Jure definito annorum numero, committo. Cæterum Jure Saxonico requiri 30. annos & unum, ait Carpzov. in J. P. R. S. P. 2. C. 3. def. 21. num. 5. Quæ Consuetudinis potissima requisita scitè ad eò Alberic. comprehendit, quando homini similem eandem esse dicit. Primum, inquit, concipi ratione: nasci experientia, ex actibus scilicet adolescere plurium similiumve imitatione: consummari demum temporis diuturnitate. Vid. Christoph. Taubmann. in Colleg. Instit. Ethico-Politico-Jurid. Diss. 1. §. 6.



## Articulus VII.

Quibus hæcenus præsuppositis, optimus ille juris effectus sua quasi sponte propullulat, quod vetusta & voluntate omnium comprobata legitimeq; adeò informata Consuetudo Legem imitetur *d. §. 9. Instit.* scilicet non minorem auctoritatem habeat, quam ipsa Lex, *l. 32. ff. de LL.* cur E. eandem non impedita imitaretur? Hinc rectè Chrysoftomus: *Nonne habet auctoritatem Legis, quod ab hominibus adinventum est?* Et primùm quidem per observationem, in eo, quod, sicut Lex, ita & Consuetudo, Civibus quoque observanda venit, *d. l. 32. d. LL. Cap. 2. extr. de Consuetud.* Deinde quoad explicationem: Sicut enim Lex Legem interpretatur *l. 24. ff. de LL.* & posterior ad priorem pertinet *l. 28. ff. eod.* ita & Consuetudo, cum optima sit Legis interpretres *l. 37. ff. de LL.* Et tertio denique per derogationem: Quemadmodum enim Lex posterior derogat priori *§. pen. Instit. de J. N. G. & C. l. 28. ff. de LL. 2. Feudor. 1. vers. Legum & c.* ita & Consuetudo *d. l. 32. ff. de LL.* Nec sic obstabit hæcenus dictis *l. alias famosa. 2. C. quæ sit long. Consuetud.* utpote quæ ibidem intelligenda venit de ea Consuetudine, per quam crassi & fœdi errores tum temporis in Ecclesiam contra Verbum Dei erant inveciti, quos eliminare hæc ipsa Lege voluit Constant. Imperator. Error enim consuetudinem non facit *l. 39. ff. de LL.* Ita verò rem se habuisse, testatur Eusebius in vita Constantini *M. libr. 3. C. 52. f. 153.* ibi, veterum errorum longo jam temporis spatio se insolenter jactasset: & mox: *In singulis Urbibus Regionibusq; errorem longinquo tempore inveteratū omninò profligarunt.* hucusq; Euseb. *vid. Can. 4. & seqq. Dist. VIII. Caus. 1. & 4. Dist. XI. & Sutholt. Dissert. I. ad Instit. th. 94. Christian. Taubmann. §. VII. ad Instit.* Nec à scopo aliena erit expositio, si in *d. l. 2. C.* Imperator præsupponat, quod expressè noluerit, ut Consuetudo Legem vincat: rectè enim Biccus in *Præloq. Rerum Quotid. seu Aureor. Jur. Civ. th. 45. fol. 39.* scribit: In Statu Monarchico Consuetudo præcedere debet ex conniventia Superioris. Aut dico cum Petro de Greve *Dissert. I. ad Instit. thes. 10.* quod Consuetudo non vincat Legem, h. e. non habeat auctoritatem majorem, quam Lex. *2. Feud. 1.*

Arti-



### Artic. II<sup>X</sup>.

Unusquisque igitur, siue agendi, siue excipiendi munus ipsi incumbat, modo intentionem suam super Consuetudinem fundaverit, eam probare tenetur, quia in facto eandem supra in *Artic. 2. §. 2.* consistere sano sensu concessum. Facta autem siue actus, ex quibus talis consuetudo elicenda, iudiciales siue extrajudiciales sint, utique per testes siue Instrumenta, probandi veniunt. Ubi autem statim circa Testes eorumque numerum notandum, quod duo etiam ad minimum sufficere possint. *l. 12. ff. de Test. vid. Wesenb. d. LL. ad. ff. n. 9. lit. F. Cujac. 20. Observ. 1. Treutler. Vol. 1. Disp. 1. th. 9. circ. fin. ita tamen, ut Senes sint, qui deponant, & quidem de iisdem actibus vel similibus, quiq; causam suae scientiae reddant planè indubitatae vid. Marcell. Cala Tr. de artic. & proband. modo n. 73. fol. 218. quia non sufficit, talem extare consuetudinem, sed necesse est, dare rationem scientiae, qui scil. viderunt, ita observatum fuisse in similibus Casibus & actibus, idq; frequenter & longo tempore, publicè, praesentibus & scientibus multis ejusdem loci personis, adeò, ut inde adpareat, intercessisse tacitum consensum Populi universi, aut saltem majoris partis. vid plur. *Andr. Gail. lib. 2. obser. 31. n. 15.* Quamquam *Wesembec.* citato loco per *seniores & cujusq; loci peritos* absque speciali depositionis & opinionis suae causa, cum *Ant. de But. & Roch. Curt. in Cap. final extra de Consv.* admittendos esse iudicat, quos ipse admiserim, si modò testificentur, se ita à majoribus accepisse, nec meminisse huc usque haecenus contrarium. Aliter verò se res habet, si ab Universitate vel Civitate aliqua Consuetudo probanda sit; ibi enim per Curias & Vicos interrogatio fieri debet. *vid. Hahn. ad Wesembec. de LL. in fin. num. fin. Mascard. de Probat. Conclus. 424. & Cala d. loc. n. 494. fol. 379.**

### Artic. IX.

§. I. Latissimus equidem in Statuta, eorumq; supra à me adlegatam differentià excurrendi hinc pateret capus, sed quia instituti mei ratio brevè me esse monet, in praesenti h. l. omisso. Antequam verò Disputationis meae vela contraham, unicam adhuc ex Jure Publico, coronidis



in idis loco, adponam quaestionem. *An Reservata scilicet Majestatis sint objectum consuetudinis, adeo, ut haec contra illa induci queat?* Ubi, pauca h. l. ad faciliorem decisionem facientia praemittenda erunt. Notum & ipsis Politicorum filiis, quod quaedam scilicet Jura Majestatis ita huic sint propria, ut supereminentiâ sola, solis instar, in Polo isto inferiori Ipsa radiet atque coruscet, quaedam verò ita sint communia, ut & Alii pari ratione iisdem utantur. Priorum incunabula quod spectat, praeter nescio quam conjecturam, Eruditos planè latet, an ex Feudorum sc. Jure, uti *Tit. 2. Feudor. 56.* extat, an verò ex antiqva illa Germaniæ Consuetudine ortum trahant. Dolendum enim quàm maximè, uti Quidam existimant, in re tanti usq; momenti, nos ferè solâ Comuni Dd. opinione niti, & certi quid, per jus Positivum à summis olim Legislatoribus constitutum prorsus nihil habere, adeoque saepenumero certiori hodiè jure rusticum vaccam suam (ceu eleganter pro more Vir summi alicubi judicii loquebatur) quam Majestatem suam forsan tenere Reservata. Titulum enim modò à me citat. Feudalè haut pauci, vel ex eo statim in dubium vocant, quippe quod de genuino ac certo ejusdè, quis verè ille fuerit, Autore, nondum satis constaret. Occasionem eqvidem hujus Constitutionis speciosam sanè, d. conjecturatam planè faciunt illam: Quod cum jura scil. Imperii per Italiam aliquandiu negligentius fuerint habita, Imperatorem Friedericum I. rudera illorum (jurium) denuò quasi suscitaturum, Jctos quosdam Italiae congregasse, iisdemque negotium commisisse, ut praecipua & propria Imperii & Imperatoris per Italiam jura in unum quasi locum conferrent. Ab illis itaque Jctis collectionem hanc dictorum modò jurium factam esse, quæ postmodum per Constit. juri Feudali inserta est, ex mera tamen conjectura, uti iterum mens quorundam est, creditur. Et si qua forsan ex Constit. Friederic. I. sit, raçodia tamen, quam integræ Constitutioni longè hodiè similior adpareat. Sed nondum illa Constit. quæ lata, ut dixi, Italiae, quæ neq; expressa Imperatoria unquam sanctione firmata, ad Germanos statim pertinet, quia tacita potius Consuetudine est recepta: illud in Politicis & jure Publico pro certissimo habendum, quod, posita Majestate, ponantur Majestatis omnia jura, nisi aliud vel conventum sub initium Imperii, vel aliàs inductum.



§. 2. Quibus suppositis, eò facilius adfirmativa ad præsen-  
tem Quæstionem erit responsio. Primò quia Regiæ consuetudo æqui-  
paratur auctoritati *vid. Reinking. d. Regim. L. 2. Cl. 2. c. IX. n. 6. & adlegat  
ibid. Riminald. Consil. 135. vers. ita, quid licet, vol. 2.* Deinde eandem cum  
reliquo Jure habet vim ac titulum, usque adeò, ut Judex eandem  
non observans, eo ipso litem faciat suam, *vid. citat. sæpè Gail.*  
Hinc meritisimo quodam jure Practicæ Magistra *Zaf. ad Leg. Con-  
tumat. n. 12. de R. l.* dicitur. Denique tertio, quia, sola interveni-  
ente legitima consuetudine, ampla Imperia præscribi possunt, quam  
præscriptionis hujus æquivalentem jam olim cognovit quoque Israe-  
litarum ille Dux Japhetes, qui Ammonitarum Regi *Judic. XI. Cap.*  
ita respondisse legitur: *Dum habitavit Israel in omnibus Civitatibus  
illis 300. annos, quare non eripuistis illas, tempore illo? vid. Wurmser.  
Exerc. 1. ad J. Publ. qv. 14. Reichs-Abschiede / Anno 1548. §. Wenn  
auch ein außgezogener. fol. 423. Conring. de Finib. Germ. Cap. XIX.  
fol. 360.* qui rectè iis non assentitur, qui omnem usucapionem vel  
naturali Æquitati adversari, vel solo Civili Romanorum jure in-  
troducunt existimant, licet enim *Regule illi Jur. Naturalis, quæ su-  
um cuique tribuere, seu, nemini suum auferre, docet,* contraria præ-  
scriptio seu usucapio esse videatur: Huic Regulæ tamen statim  
derogat altera; *quod totius SC. utilitas, utilitati partis sit preferen-  
da,* Quantum igitur Juris in Præscriptione, tantum in Consue-  
tudine quoque habetur, quia Consuetudo & præscriptio h. l.  
æquiparantur. Ex quibus tandem concludo, quod Reservata Majesta-  
tis, quoad secundum potissime significatum. Objectum Consuetudi-  
nis sint, eaque contra illa rectè induci possit. Iterum sub finem,  
verbo quasi, addo, uti nulla opinio mentis de dogmatibus Theo-  
logicis præscribi potest, ut asserens vel negans non teneatur proba-  
re, *V. Dn. D. Hülsemanni Disputatio Ordinaria de PRÆSCRIPTIO-  
NE habita Lipsiæ Anno 1646.* ita nec Consuetudine induci poterit, ut  
opinio quædam Doctorum per longissimum temporis tractum visa  
vera, non sit probanda, si in dubium vocetur, jus enim nostrum est  
Ars Æqui & Boni, quæ per legitimos probandi tramites decurrit.

In ani-

F I N I S





In animo quidem erat, plures hoc l. addere Quæst. An e. gr. Con-  
suetudine per 10. annos fieri possit, ut à Forensibus Contributiones  
exigerentur? it. an Status Imperii contra Ipsum Sacratiss. Impera-  
torem præscribere possint? & quæ aliæ erant, quas angustia pagel-  
larum omittere monet. Sed quia illæ decifus periculosa sunt, re-  
ceptui cano.

Nunc demum restat, ut *Tibi ô Sanctissimum*  
*Numen, cujus Nomine atq; Omine hoc, quicquid*  
*est, laboris, suscepi, Tibi, inquam, pro concessa Divi-*  
*na hætenus Gratia sit laus & gloria in sempiterna*  
*& nunquam desitura secula. Tu Idem Numen*  
*Clementiss. conserva Indulgentissimum Patriæ Pa-*  
*trem DN. JOHANNEM GEORGIUM II.*  
*PRINCIPEM AC NUTRITIUM MEUM SEMPER CLE-*  
*MENTISS. UNACUM TOTA DOMO SERENISS. ELE-*  
*CTOR. SAXON. Cōserva Proceres Ipsius, Patronos me-*  
*os hætenus in me propensissimos, imprimis PERIL-*  
*LUSTREM ILLAM FRISIORUM GENTEM, unacum cor-*  
*rupta in unam nuper DOMO GERSDORFIANA*  
*ITIDEM PER-ILLUSTRI, & ut ultimo hîc loco inger-*  
*miscam, CONSERVA PROMOTORES!*

Tibi verò, BENEVOLE LECTOR, quicunque potiora  
ac doctiora de hac ipsâ materiâ protulisse poteras, ex il-  
lo notissimo Oratore adclamo: *Impossibile vel per ipsam*  
*quodammodo mortalium conditionem esse, ut quic-*  
*quid omnes sciant, aut cogitent,*  
*dicat unus.*

F I N I S.





**H**Æc vera certiorq; discendi via est  
In literis politioribus, Sophos  
Audire, lectitare, conversarier  
Cum hisce, fundamenta firma ponere;  
Deinde prosperis ad alta passibus  
Sic progredi, ut tandem queas divæ Themis  
Audire nobilis Sacerdos. Optime  
BRODKORBI, id accuratori industriâ  
Huc usque fecisti. Clues talis, scio.

GEORGIUS CASPAR KIRCHMAJER,  
*Eloqv. Prof. P. h. t. Academ. Witteb.*  
*Rector.*



**C**onsvetudo boni servatur legis adinstar,  
Publica res ex hac commoda multa capit.  
Sed mala multa parit, quæ consvetudo malorum,  
Hanc prohibent Leges dexteritate sua.  
Talia nunc doctè repetis DOCTISSIME BRODTKORB,  
Successus faustos conferat ipse Deus!

JOHANNES Deutschmann / D.


D

Ad



*Ad*  
*Virum Juvenem multæ eruditionis*  
DN. GOTTOFREDUM LEONHARDUM  
BRDORF / Misniâ-Grimensem,  
Amicum singularem,

*Cum*  
DE CONSVETUDINE,  
EJUSQVE JURE,  
*publicè disputaret.*

 Um hæctenus, Tibi JUS ROMANUM  
deliciæ fuerint, in eo addiscendo omnem navasti ope-  
ram, gnarus satis, quod, si quis ad Illius Templum consi-  
lio non præcoci, & morâ bene longâ grassatus fuerit,  
doctus & felix evadat: Disertissimus Romuli Nepotum, si centum  
ora, centumqve lingvas haberet, non edisseret, puto, qui, quotq; AR-  
TIS ÆQVI & BONI sint reconditi thesauri, nisi eandem sibi fece-  
rit familiarissimam: fuere retrò-seculis, & nostro triumphant scri-  
ptis tempore, qui, Doctrinâ usi Juris Illius, & quæ Statum Rei Roma-  
næ, & quæ singulorum utilitates spectant, posteritati commiserunt.  
Nec Scientiæ Legum Romanarum promicondi in obscuro fuerunt  
loco, sederunt ad Regnantium pedes, ac summâ Dignatione emicue-  
re: Loquor testem locupletem C. Plinium Secundum in suis Epi-  
stolis (de quibus Henrici Stephani in suâ præfatione ad easdem hoc  
judicium est: Plinii Secundi Epistolas quò sæpius lego, eò magis illas  
à plerisq; tam rarò legi, miror: multò etiam magis, à nonnullis ne legi qui-  
dem omninò) qui Jurium Romanorum helluo sub oprimo Imperatore  
Trajano, nisi CHRISTIANOS crudeliter occidisset, vexassetqve,  
summè enituit, & jurisdictioni Præfectus, Artis Illius invidendæ pul-  
cher-



cherrima edidit specimina: Unum esto instar omnium, in Epistolâ  
Lib. I. ad Atrium Clementem, ex qua hæc exscribo: Distringor  
officio, ut maximo, sic molestissimo: sedeo pro tribunali, subnoto  
libellos, conficio tabulas: scribo plurimas, sed illiteratissimas li-  
teras: soleo nonnunquam (nam id ipsum quandoque contingit) de  
his occupationibus apud Euphratem queri: ille me consolatur; af-  
firmat etiam, ESSE HANC Philosophia, & quidem pulcher-  
rimam partem, agere negotium publicum, cognoscere, judicare,  
promere & exercere justitiam, quæq; ipsi doceant, in usu habere.  
& quæ in Plinianis Epistolis plurima alia sunt, quæ exactam fa-  
tis Juris Romani cognitionem spirant, produntqve. In illis  
verò, quia Plinius Uni Familiarium molem Officii sui publici,  
per egregias species aliquot, exposuerat; præprimis Stilum  
Curia à tersissimâ Latinitate aliàs abhorrentem, penes quem ta-  
men & olim & nunc vis & norma in Foro loqvendi, scribendi-  
que fuit, ac est, castigat ipse latinissimus; subnectit Amici in-  
timæ admissionis præbitum solatium: nempè non contemnen-  
dam hanc PHILOSOPHIÆ esse stationem: imò, cum ad  
regundos hominum mores faciat unice, antistare illi Parti, quæ  
docendo absolvitur: huncqve summum esse honorem, posse  
se, Plinium, ex scrinio sui pectoris Arte Juris exactè imbuti,  
promere, in usum publicum, ac exercere, inspectante quasi Or-  
be Romano toto, Justitiam, quæ basis Imperiorum, & quâ ho-  
mines DEO assimilantur. Hæc ideò monenda censebam,  
Mi BONDORON / quò habeas tibi persuasum animo,  
fore, si Juris cognitionem in Foro exposueris; ut honor, sta-  
tio non inhonestæ, imòqve rectè judicantium favor, & summi  
Mecænates non sint defuturi: idqve inde facilè conjecturan-  
dum habeo, cum veræ Religioni sis addictissimus, pietati lites  
seriò, lectioni optimorum Autorum immoriaris, Professores  
ames, cumqve iis converferis, à quibus proficere licet. Ma-  
ste igitur egregiis animis, Themidos Proles, ac Illius audenter  
adscende Cathedram, quæ & tibi ornamento erit, & Eandem  
ipsemet ornabis, comitabunturqve te, credo, li, qui hætenus



privatim animos, Doctrinâ Juris ornarunt, nunc Eâdem incla-  
rescent publicè; etenim

Summæ laudis erit, didicisse fideliter Ar-  
tem,

Romani Juris, quâ floret doctior Orbis.

Valeto, & amantem tui ames velim. Scribeb. d. 4. Maji An-  
no M. DC. LXXII.

PRÆSES.



**Q**uod Tibi, BRODKORBI, multo sudore  
parâsti,

*Id non obscurâ nocte latere sinis;*

*Sed luci exponis. Nam lucem quærat, oportet,*

*Qui clarum quondam nomen habere  
cupit.*

*Miramur pariter, pariterq; applaudimus o-  
mnes,*

*Optantes meritis præmia digna Tuis.*

MICHAEL WALTHERUS, Mathem.  
Superior, P. P. ac Alumn. Elector.  
Ephorus.

Quid



Quid Leges valeant, quid *Consuetudo* vetusta,  
Ingenii ponis prima pericla tui.  
Ut cessere bene hæc: Sic votis omnibus opto,  
Cætera quò pariter prosperet ausa Deus.

*Præstantiss. Dn. Respond. amico Suo dilecto  
Imq; scrib. subito*

BALTHASAR Stolberg / Prof. Publ.

Expone, ô doctas nobis exponito gazas,  
BRODKORBI, Themidos stella future tuæ,  
Plaudimus, & studiis felicia fata precamur,  
Ut DEUS in Patriæ dirigat illa bonum.

*Raptim gratulab.*

SAM. BENEDICTUS CARPZOVIVS  
P. P.

Vires ingenii fortiter exeris  
Dum Sanctæ Themidos pulpita scandere  
Gaudes, dasque disertè  
Quicquid Moribus obtinet  
Nisus hosce tuos laudo, prout decet,  
Quos & ceu voveo, Patria præmiis  
Compensabit abundè,  
Si perrexeris, optimis.

In honorem Auditoris sui assidui  
Scribeb.

D. GODOFREDUS Straus /

P. P. Extraord. Cur. Elect. & Consist.  
Eccles. Advoc. Ordin.

Exclufit talem *Consuetudo* tua factum,  
Quem Themis in gremio Pieridesque fovent:

D 3

Hinc



Hinc inter multam Sobolem quoque plurima surgit  
Gloria, cui titulus jungitur usque nepos.  
Tertius ex alio mos more epullulat; hinc quot  
Nascuntur foetus, tot tibi jura facis.

*Hicse Clarissimo Dn. Autori Respond.  
Amico honorando gratul.*

ERNESTUS WILHELMUS VOGELIUS, J.U.L.  
Curiae Elect. Advocatus Ordinarius, Acad.  
Witteb. & Consist. Eccles. Protonotarius.

---

**S**ilabor, ingenium, si candor & impiger ardor  
Discendi, mores, deniq; si pietas,  
Ad summum possunt extollere culmen honoris,  
Ne Tu BRODKORBI postea Magnus eris.

Quod clarissimo Domino Respondenti  
& Autori ex animo precatur  
M. JOHANNES FABRICIUS  
Eccles. Witteb. Diaconus.

---

**C**um sic evolvas de consuetudine jura;  
Et Studii & laudis testis es ipse Tuæ.

*Cl. DN. BRODKORBIO de CONSVETUDINE  
disputanti sic ominab.*

M. Theodor. Kirchmajer,  
Fac. Philos. Adj.

---

Madrigal.

**W**enn dieses ist die edle Frucht!  
Die Dir dein ausgeprester Schweiß  
Und täglich wohlgetriebner Fleiß

Getra



Getragen hat/ daß du jezund  
Von hohen Sachen reden kanst  
Mit sonderm Rhum. Es trägt dein Mund  
Aus Euren Rechten vor/was sich gebühret/  
Wenn offerst der Gebrauch vor Recht wird eingeführet.  
Ich wünsche Glück zu diesen thun!

M. AUGUSTUS Schütz.

---

Sonnet.

**D**er Themis Wissenschaft / die Rechts-gegründten Lehren/  
So du mit vielen Fleiß bisher gesamlet ein /  
Die brechen jezund raus/und wollen kundbar seyn!  
Du lässest dich mit Rhum auf unsern Schulen hören.  
Kan man der Feuers-Bluth auch ihre Flamme wehren?  
Sie loddert über sich/und giebet einen Schein  
Den iederman kan sehn: So flammt und bricht herein  
Ein Geist/der Himmlisch ist. Er kan sich gar nicht kehren  
An das/was mancher sagt: Man müsse nicht so sehr/  
Mit dem/was man gelernt/vor allen Leuten pralen/  
Es pflege Kunst und Wis schon vor sich selbst zu strahlen.  
Nein/es ist weit gefehlt. Man wird den nimmermehr/  
Der seine Kunst verbirgt/gelehrt und sinnreich nennen:  
Am reden lernen wir erst einen Menschen kennen.

Seinem werthgeschetzten Herren Brodkorbe  
schrieb dieses geringe

M. Johannes Müller.

---

Madrigal.

**E**s ist so eingeführt:  
Hört man den dummen Pöbel sagen/  
Obs aber recht?  
Da pfeget er nicht nach zufragen.

Weit



Weit höher steigt  
Gehrter/dein geschickter Geist/  
Der' gegenwertig zeigt  
Was rechter Brauch / was schöder Mißbrauch  
heißt/

Ich wünsche Glück / zu diesen hohen Sachen :  
Er fahre ferner fort ;  
Die Tugend so man bey dir spührt/  
Ist schon bedacht auff einen Ehren-Orth  
Dadurch sie Dich will künsttig grösser machen/  
Denn Sie läst nicht / wenn man sich schicken kan.  
Mit diesen wolte seine Schul-  
digkeit ablegen

I. H. S. D.

---

**W** Er zu Parnassus Thron / und zu des Pindus Spitzen  
sich hin zu schwingen denckt / von schlechten Nöbel auff/  
Der muß nicht lassen sich verdriessen saures schwitzen /  
Bis er geendet einst mit grossen Ruhm den Lauff.  
Es zeigen satzsam an die Hergebrachte Sitten  
Und eingeführter Brauch / O Wehrter / seinen Fleiß :  
Altraa, der ER ist nur leihet / wird erschütten  
Die Zinsen sampt der Schuld / und grünen Lorbeer-Reiß.  
Mit diesen wenigen / doch wohlmeynenden  
wolte seinen Herren Stubengesellen  
und treuen / Freunde seine schul-  
digkeit erweisen

David Sigismund Schreber.





ULB Halle  
003 007 642

3



*86*

*VD17*











B.I.G.

Farbkarte #13

*Gotziana, 11.*  
v.  
RETICO - PRACTICA,

*18*

# ETUDI- VE JURE.

SENSU  
IM SENATUS,  
SIDIO  
I  
SSIMI, AMPLISSIMI, CON-  
MI QV E

LI NERGERI,  
CTAR. PUBL. CURIAE  
CULT. JURIDICAE, QVÆ  
UDICII DUCALIS, QVOD IN  
E MARCHIONATU EST,  
RAVISSIMI,  
ECANI.

TRONI, ET STUDIO-  
SERVANTIA ET OBSEQVII  
PROSEQVENDI,  
NTILATIONI submittit -  
R

ONHARDUS Brodt  
T. SAX. ALUMNUS,  
O JCTORUM  
diem 8. Maji  
C. LXXII.

KÖNIGLICHES  
UNIVERSITÄT  
ZVHALLE

RGÆ,  
CKEL II, Acad. Typogr.

6

